Jacobus de Voragine: Legenda aurea sanctorum, sive Lombardica historia
[Cologne]: Conrad Winters, de Homborch, 8 Nov. 1476, 1476 



n̄unc vadis vt a dracone deuore
ris ⁊ deosculans dimisit eā dicēs
Vtinā filia mea ego antea mortu
us eēm ꝙ̄ te sic amisissem. Tunc
illa ꝓcidit ad pedes pr̄is petēs ab
eo benedictionē suam. Quā cum
pater cum lacrimis benedixisset:
ad lacum ꝓcessit. Quā beatus Ge
orgiꝰ inde transiens vt plorātem
vidit: eam q̄d haberet interroga
uit. Et illa. Bone iuuenis velocit̄
equū ascende ⁊ fuge: ne mecū pa
riter moriaris. Cui Georgius No
li timere filia: ſ dic michi q̄d hic
prestolaris omni plebe spectantē
Et illa Video bone iuuēis ꝙ mag
nifici cordis es tu: sed cur mecum
mori desideras. Fuge velocit̄ Cui
Georgius Filia noli timere. Hinc
non discedam donec michi quid
habeas intimabis. Cum ergo illa si
bi totum exposuisset: ait Georgi
us. Filia noli timere: q̄a in Xp̄i
nomine te iuuabo Et illa. bone mi
les mecū non pereas. Sufficit enī
vt sola peream. Nā me liberare nō
posses ⁊ mecū perires. Cum hec lo
queretur: ecce draco veniens ca
put de lacu leuauit Tunc puella
tremefacta dixit Fuge bone domi
ne. fuge velociter. Tunc Georgiꝰ
equū ascendēs ⁊ cruce se muniēs
draconē contra se venientem au
dacter aggreditur ⁊ lanceam for
titer vibrans ⁊ se deo cōmendās
ipsū grauiter vulnerauit ⁊ ad ter
ram deiecit dixit ꝙ puelle. Proice
zonam tuam in collum draconis
michil dubitans filia. Quod cum
fecisset sequebatur eam velut mā

suetissimus canis. Cū ergo eum
in ciuitatem ducerent: populi hec
videntes per montes ⁊ fortitudi
nes fugere ceperūnt dicentes Ve
nobis quia iam omnes peribimꝰ
Tunc Georgius innuit eis dicēs
Nolite timere. Ad hoc enim me
misit dominus ad vos vt a penis
liberarem draconis. Tantūmodo
in Xp̄m credite ⁊ vnusquisq̄ ve
strum baptisetur ⁊ draconem ist
um occidam. Tunc rex ⁊ omnes
populi baptisati sunt. Beatus
autem Georgius euaginato gla
dio draconem occidit ⁊ ipsum ex
tra ciuitatem efferri precepit. tunc
quatuor paria boum ip̄m in mag
num campū foras duxerūt. Bap
tisati sunt in illa die viginti milia
hominum exceptis paruulis ⁊ mu
lieribus. Rex autem in honorem
beate Marie ⁊ beato Georgio ec
clesiam mire magnitudinis con
struxit. de cuius altari fons viuꝰ
emanat. cuius potus omnes lan
guidos sanat. Rex vero infinitam
pecuniam sancto Georgio obtulit
quam ille accipere rennuens pau
peribus dari precepit. Tunc bea
tus Georgius regem de quatuor
breuiter instruxit scilicet Vt eccle
siarum dei curam haberet. sacerdo
tes honoraret. diuinum officium
libenter audiret ⁊ semper paupe
rum memor esset. ⁊ sic osculato
rege inde recessit. In aliquibus
tamen libris legitur ꝙ dum dra
co ad deuorandum puellam per
geret Georgiꝰ se cruce muniuit ⁊
draconem aggrediens interfecit

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-147/0215
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG